Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-476147-p0001-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-476147-p0002-9

MEDITATIONES VOTIVAS

VIRO

PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO
NEC NON DOCTISSIMO

M. IO. FRIDERICO SCHROEDERO

LYCEI TORGAVIENSIS RECTORI

LONGE CELEBERRIMO, OMNIQVE PIETATIS ET
OBSERVANTIAE CVLTV PROSEQVENDO

NOMINALIA

DIE 9 Augusti A. O. R. cIↄIↄCCLIII.

FELICISSIMIS AGENTI AVSPICIIS PRIMI
ET SECVNDI ORDINIS

AVDITORVM QVORVNDAM NOMINE

TANTA PIETATE, QVANTO OBSEQVIO GRATVLATVRVS
PIE CANIT

IOANNES GEORGIVS WAENERVS,
MELPIZ. MISN. CHORI SYMPH. ADI.

TORGAVIAE
LITTERIS PETERSELLIANIS.

80
AK
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-476147-p0003-5

* * *

V ir venerande fave lingvis animisque verendis,
Dum Muſæ greſſus pellunt ad limina læta,
Auſpiciis fauſtis onomaſma precantur ovantes,
Lætitiæ gemitus tonſis ad ſidera tollunt
Pectoribus, Præceptoris cum læta venirent.
Magna caterva ſcholæ ſummo comitetur honore
Egregias animas affectu amplectere toto.
Lingvarum nervum nec non documenta dediſti.
Namque fides ardor ſincerus munera poſcunt,
Ut ſanam mentem ſerves in corpore ſano,
Et multos capias annos hæc gaudia pura,
Nam parvas viresque miniſtrat curta ſupellex,
Non pulchras veſtes oſtroque auroque rigentes
Ars faciens tenui telas diſcreverat auro,
Præmia reddamus magnorum læta laborum.
Aſſuetus parvo contemnis munera larga,
Diſcipuli læti jam *Te* comitentur honore.
Verba vocant: ſalve æternum mihi, *Maxime Fautor*,
Æternumque vale, complaudunt cordis abyſſo,
Velati ramis oleæ veniamque rogantes,
Converſique oculos inter ſe atque ora tenentes,
Vir celebris magnis cœlo *Te* laudibus æquant,
Votaque *Doctor* amande haud adſpernenda precantes;
Si qua viam dederit nobis fortuna ſecunda,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-476147-p0004-0

Tunc ſtudium ſemper cumulabit præmia digna,
Ut videas felix tua tempora longa ſenectæ,
Sis ſimilis Cedri Palmæque vigoris amœni,
Cui neque fulgor adhuc nec dum ſua forma receſſit.
Pallida mors noceat quem non virtutis amantem
Auferat atra dies & funere mergat acerbo.
Sic nomen magnum floret laudesque manebunt,
Cedentes dabimus tibi ceu promiſſa parenti:
Obſequii pietas aderit primaria virtus,
Ingenii nervos tendemus ſedulitate,
Donec eris nutu cœleſtia regna viſurus,
Et vires poſt exantlatas morte quieſcas;
Aſt animæ maneat caræ diadema ſupernum.
Chriſte precum ſeriem mulcendis auribus hauri,
Ut vigeat creſcatque diu *Præceptor amandus*,
Qui teneros ramos virides ceu protegit arbor,
Quæ gelidis ſtudio cum magno conſita rivis,
Et fructus profert gratos in tempore juſto,
Nec folium tenerum macreſcens decidit ullum,
Quod faciet ſunt magnæ culmina proſperitatis.
In ſtudiisque bonis tradendis Paſtor amandus,
Qui ducit veros agnos ad fluminis ortus,
Aoniæ ut claro ſaturentur munere lymphæ,
Et radient animis fulgentia lumina templi,
Qui regni ſedeant ad florentis columellas,
Cernitur egregia indulgentis patris imago.
Si gemitu noſtrorum vota precesque valebunt,
Contra vivendo vincis tua fata ſuperſtes,
Proque ſalute ſcholæ concedis robora vitæ,
Et gratis animis mors immatura manebit.
Multis par ætas & idem ſit robur in annis,
Fortunæque locus conſtantis gaudia vitæ.
Aurora interea referens mortalibus alma
Exhileret lucem jucundos atque labores.
It cœlo clamorque tuus cum laudis honore,
Quod ſtellis magnis fulgentibus omnia luſtrat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-476147-p0005-6

Friderich Gottlob Schuſter, *Dresdenſ.*
Johann George Wæner, *Melpiz, Miſn.*
Heinrich Samuel Glaſewald, *Wiederau.*
Johann Chriſtoph Heubach, *Sizeroda, Miſn.*
Chriſtian Abraham Lehmann, *Jüterboch.*
Johann Carl Heune, *Schildau.*
Chriſtian Gottlieb Tiſcher, *Torgau.*
Chriſtoph Friderich Lebrecht Hoffmann, *Weydenhayn.*
Caſpar Damianus Grulich, *Freyberg.*
Ernſt Heinrich Winckler, *Kreyſchau, Miſn.*
Guſtav Friderich Boelau, *Wildſchüz.*
Johann Heinrich Boeligke, *Torgau.*
George Friderich Rünger, *Dresdenſ.*
Heinrich Albert de Boblick, *Torgau.*
Gottfried Gotthold Traniz, *Torgau.*
Gottlieb Auguſt Buſch, *Torgau.*
Friderich Andreas Schulze, *Torgau.*
Johann Abraham Boehme, *Audenhayn.*
Johann Gabriel Behrens, *Torgau.*
Ernſt Friderich Klotſchz, *Mühlberg.*
Johann Chriſtoph Rædler, *Lauſen.*
Johann Carl Kühne, *Loswig.*
Johann Martin Kunze, *Süptitz.*
Johann Friderich Ulrich, *Dommitzſch.*
Johann Chriſtoph Süptitz, *Langen-Reichenbach.*
Johann Gottfried Leinichen, *Beckwitz.*
Johann Chriſtoph Hockel, *Torgau.*
Carl Adam Kolbe, *Torgau.*
Theodorus Opiz, *Torgau.*
Johann Jacob Worgatzſch, *Torgau.*
Carl Chriſtoph Dorn, *Belgra, Miſn.*
Johann Andreas Martini, *Torgau.*
Johann Fridrich Töpffer, *Torgau.*
Johann Wilhelm Buſſe, *Torgau.*
Johann Daniel Behrens, *Torgau.*
Johann Andreas Schilde, *Torg.*
Chriſtian Heinrich Schilling, *Torg.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-476147-p0006-1

78 M 399
(X22587414)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-476147-p0007-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-476147-p0008-3

MEDITATIONES VOTIVAS

VIRO

PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO
NEC NON DOCTISSIMO

M. IO. FRIDERICO SCHROEDERO

LYCEI TORGAVIENSIS RECTORI
LONGE CELEBERRIMO, OMNIQVE PIETATIS ET
OBSERVANTIAE CVLTV PROSEQVENDO

NOMINALIA

DIE 9 Augusti A. O. R. cIↃ IↃ CCLIII.
FELICISSIMIS AGENTI AVSPICIIS PRIMI
ET SECVNDI ORDINIS
AVDITORVM QVORVNDAM NOMINE
TANTA PIETATE, QVANTO OBSEQVIO GRATVLATVRVS
PIE CANIT

IOANNES GEORGIVS WAENERVS,
MELPIZ. MISN. CHORI SYMPH. ADI.

TORGAVIAE
LITTERIS PETERSELLIANIS.

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-476147-p0009-2